

DE LEGE IN GENERE.

3. Locum, qui est mons Sinai, aliàs Horeb dictus. Quia verò Sinai significat Rubum spinarum, & Horeb desertum: praefiguratum est in eo legis officium, quod sanciet atque effligat cor hominis, Vacuum illud & desertum inueniens, ab omni bono &c. Celich.

C

4. Modus, cuius notetur:

Explicatio. Est enim lex promulgata:

1. Cum horrendo fulmine & tonitru. Id.
2. Cum voce & clangore tuba. &c. Id.
3. In magnâ frequentia populi, inter quos etiam multi fuerunt Ethnici. &c. Id.
4. In duabus tabulis lapideis. &c. Id.

Significatio, & quidem in:

Specie, quoad tabulas:

Lapideas, quae indicant:

1. Durum & intractabile cor nostrum, ad seruandam legem, &c. Celich.
2. Quod lex hominibus non sit perinde grata, sed potius inuisa, tanquam grauissima moles &c. Menc.
3. Legem Dei semper fore duraturam. &c. Fisch.

Diuisas, quae denotant vel duplicem dilectionem, Dei nimirum & proximi, vel obedientiam, internam & externam &c. Celich.

Restauratas, postquam priores essent fractae. Nisi enim naturale cor hominis immutetur & transformetur digito Spiritus S. impossibile est hominem amantè amplecti posse legem Dei. &c. Menc.

D. 3. Quis nam finis legis. Ille vero indicatur:

Falso, quasi per eam possit homo vitam aeternam requirere, sicut Iudaei opinabantur, & idcirco omnes Prophetas, Christum, Stephanum & alios trucidarunt quod hoc negarent. Verum Paulus luculenter refutat hunc errorem Rom. 8. Gal. 2 &c. Menc. Fisch.

Verè, nimirum ut:

1. Arceat nos à peccatis. &c. Fisch.
2. Ob oculos nobis ponat transgressiones nostras. Id.
3. Praescribat nobis modum seruiendi Deo & proximo. Id. &c. Menc.